

¶ BENEDICTVS EPS SERVVS | servorum Dei. Bene-
dicto abbati monasterii sanctae Trinitatis . in Venetia | positi .
perpetuam in Domino salutem. Quisquis in divinis servitiis |
semet ipsum largius exercet . largius etiam tam ve|nerandus
quam honorandus habetur. Qua propter | tibi dilectissime fili .
quia et rumore bono . et ipsa veritate | in omni munditia et
sanctitate persistere divulgari . | petitioni tuae concedimus
effectum. Quia vero petisti | a nobis ut concederemus tibi in
dies vitae tuae ad sa|cra missarum sollempnia indui dalmati-
cam . cal|ciari sandaliis . inclinati precibus tuis . con|cedimus
tibi tantum modo pro tuis meritis . non autem | successoribus
tuis licentiam ut induas dalmaticam in cele|brationibus missa-
rum . et sandaliis utaris. Vt | autem hoc ratum firmumque
dum vixeris habeas . post | scriptionem Iohannis nostri scriniarii
et notarii . propria nostrae | manus confirmatione hanc licen-
tiam tibi datam | roboramus atque firmamus septimo kal.
Iunias . | indictione duodecima.

(Von anderer Hand): Indulgentiam et remissionem omnium
peccatorum tuorum | tribuat tibi abba Benedicte omnipotens
et misericors Dominus.

BENEVALETE.

† Data VIII. id. Iunias Per manum Petri diaconi bibli-
othecarii et cancellarii sanctę apostolicę sedis Anno Pontif. |
(domni) Bened. noni Pape . XII. Ind. XII.

Hierauf folgt ein Schutzbrief Kaiser Friedrichs I. für
den Abt Milo und sein Kloster, gut erhalten bis auf das Siegel,
welches verloren ist, aber ganz einfach und schmucklos. Das
italienische Pergament ist fast ohne freien Rand, ohne Linien,
die Zeilen weitläufig, die Schrift fast ganz ohne Schnörkel.
Das Datum vom 6. August 1162 ist in Ordnung, nur das Jahr
des Königthums 10 statt 11, was in einer anderen Urkunde
vom 13. August sich wiederholt. Irrthümlich schreibt der
Kaiser die Stiftung Karl dem Grossen zu, während es nach
dem Chron. Altinate, MG. SS. XIV, S. 17 und 52, schon im
J. 731 bestanden, und Karl der Grosse es nur in seinen Schutz
genommen hat. Der Text lautet:

FREDERICVS . DEI . GRATIA . ROMANORVM . IM-
PERATOR . AVGVSTVS . | Apud nostram Maiestatem devo-
tio et fides cum sinceritate semper locum habuit, vota quoque
Religiosorum et dignę preces fidelium in suis desideriis iuste
merentur exaudiri. Eapropter cognoscant universi fideles Im-
perii per Ytaliā constituti, quod nos divinę retributionis
respectu, atque venerabilis abbatis Milonis pia precum instan-
tia, monasterium sanctę Trinitatis sanctique Michaelis archan-
geli de Brondulo, quod antecessor noster divę memorię Im-
perator Karolus dicitur construxisse, cui etiam noster fidelis